

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3670

**Auteur(s) :** Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Évreux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1266, novembre

**Lieu d'émission :** Paris

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Louis [IX], roi de France, approuve la vente faite par Baudouin de Crasville, chevalier, et sa femme, au chapitre de Notre-Dame d'Évreux de toutes les dîmes et d'une grange et d'une grange avec une terre dans la paroisse de Surtauville pour 120 livres tournois.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 718, p. 159.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Franchorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, sicut intelleximus, Baldohinus de Craavilla, miles, et Aria, uxor ejus, vendiderunt in perpetuum et concesserunt decano et capitulo Beate Marie Ebroicensis omnes decimas quas jure hereditario seu quocumque alio modo possidebant seu quasi possidebant in parrochia de Sortovilla, ubicumque sint in parrochia predicta, et granchiam quamdam cum terra appendenti, quam granchiam cum terra predicta dicebantur habere in dicta parrochia de Sortovilla, sitam juxta domum Gilberti Le Porchier, ex una parte, et domum Johannis filii Philipi ex altera pro quadragintis (sic) et octoginta libris turonensium dicto militi et ejus uxori a predictis decano et capitulo, ut dicebatur, integre persolutis, in pecunia numerata, tenendas et possidendas predictas decimas, una cum granchia et terra predictis, in perpetuum pacifice et quiete a decano et capitulo supradictis, quas decimas, terram et granchiam idem miles et ejus uxor tenebant a nobis in feodium. Nos autem predictam vendicionem, prout superius continetur, ex parte dictorum decani et capituli requisiti, quantum in nobis est, gratam et ratam habemus, volentes et concedentes quod dicti decanus et capitulum predictas decimas tenere valeant in perpetuum et possidere pacifice et quiete, sine coactione aliqua vendendi, vel extra manum suam ponendi, et similiter predictam granchiam cum terra appendenti, nisi iorte ipsa granchia et terra appendens sint de ducatu Normannie, terraque predicta non excedat unam acram terre, et salvo in premissis omnibus jure nostro ac jure eciam alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, mense novembbris.